



Tomus XIII  
Miscellaneorum Thesby.

AV

Theſſe  
Diffi  
Gra  
Juc  
Slo  
Pra  
Ex  
Pen  
Ex  
Ch  
Se  
A  
Ex  
Pi  
Ex  
D  
T  
P  
G  
E

47  
ΠΕΝΤΑΣ  
**POSITIONUM**  
48

*ex*

Lingva Ebræâ, Chaldaeâ, Syrâ,  
Arabicâ & Æthiopicâ,

*quas,*

Divinâ Gratiâ favente,

*In Celeberrimâ Academiâ Leucoreâ*  
publicè ventilandas proponunt.

**M. JOHAN: ERNESTUS GERHARDUS**  
JENENSIS,

&

**P E T R U S V E N D E /**  
Stetin: Pomeranus.

*ad d. XVII. Februarij*

*In Auditorio Philosophorum,*  
horis antemerid.

*WITTEBERGÆ,*

*Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.*  
*clœ Iœ XLVII,*

VIRIS

'Praelarissimus ac Excellentissimus,

Dn. M. JOHANNI MICRELIO,  
Illustris Pædagogij Stetinensis  
Rectori, & Philosophicarum  
disciplinarum Professori fide-  
lissimo.

Dn. M. HEINRICO KIELMAN-  
NO, Illustris Gymnasij Stetinen-  
sis ConRectori, Græcæ Lingvæ &  
Poët. Prof. bene merito.

Dn. M. CHRISTOPHORO PRAE-  
TORIO, Illustris Gymnasij Sub-  
Rectori & Eloquentiæ Professori.

Dn. M. JOACHIMO FABRICIO,  
Pædagogij Stetinensis Professori  
& Musico:

Dn. M. ERICO PELSHOFER,  
Senatoriæ Scholæ apud Stetinen-  
ses Rectori valde industrio, Affini  
meo honorando.

Dn. M. MARTINO BAMBAMIO,  
Senatoriæ Scholæ Stetinensis  
ConRectori & Poet. Laur.

Dn. M. THOMÆ WISMARO,  
Scholæ Senatoria Stetinensis  
SubRectori solertissimo, Affini  
meo dilecto.

Dominis Mæcenatibus, Fætoribus ac PRAE-  
CEPTORIBUS olim paterno more fidelissi-  
mis, hoc breve philologicum exercitium, quia  
pro hac vice aliud non datur munus, ex fe-  
tiali & gratissimo animo humiliter offero

PETRUS BENDS

## POSITIO I.

Regula Hieronymi de voce וְלֹא expensa, quando aeternitatem illa notet, & quando tempus salutis diuturnum.

Holem prope literas indagheschabiles scribi sine Vav, tritus est Grammaticorum canon: sed quod veritati non semper ille liter, jampridem ab aliis ostensum. Placet impræsentiarum idipsum demonstrare exemplo dictionis וְלֹא, quam nonnunquam sine Vav scribi, aliquando etiam cum eodem, in propatulo est, adeo quidem, ut ex diversa hac Scriptione D. Hieronymus Comit. ad Cap. i. ad Galat: colligere voluerit, quando prædicta vox aeternitatem notet, & quando breve temporis spaciun. Si scilicet cum Vav scribatur, aeternitatem nomine; si vero sine eo, quinquagesimum annum, quem Jubileum Iudei vocant. Hieronymi sententia est. Negari sane poterit neutiquam, quod וְלֹא interdum aeternitatem, interdum tempus finitum indigit, & confirmationi sententiaz ac regulæ Hieronymianæ inserviunt loca, Gen. 21. 33. Psal. 9, 8. 33, II. 102, 13. Ef. 40, 28. ubi cum sustentaculo invenitur ac etiam aeternitatem notat: sed inveniuntur exempla, ubi cum Vav tempus saltem longinquo, & sine eo aeternitatem significat, adduciturq; à Dn. D. Glassio Orat. de Ling. Ebr. neces. pro prioris adseri confirmatione. Deut. 15, 17. pro posterioris Exod. 3, 15. Sed excipiat aliquis cum Floravantio lib. i. de Trin. C. 3. discribem hoc, quod ex Hieronymo, allatum, in exemplaribus correctoribus, quibus Hieronymus iusus fuerit, perpetuum fuisse. Sed opponimus sententiaz huic i. constantem Codd. Ebræorum lectionem, quos omnes minus correctos, quis queso, fontiū puritatē agnoscens velit adserere? at vero hi omnes loco Exod. 3, 15. à D. D. Glassio allegato, vobis וְלֹא de Deo adhibitam ac veram aeternitatem denotantem defectivè exhibent. Adjungimus insuper adducto loco alias loca sc. Exod. 15, 18. ac Deut. 32, 40. ubi similiter de vera aeternitate sermo est, & tamen Cholem fulcro suo in omnibus Codd. hodie defituitur. Urgemus 2. Masoram utramq; quam non imme-

immerito cum Judæis קָרְבָּן aliquis dixerit. Illa autem non solum ad prædicta loca (Magna quidem ad primum saltum locum, at parva ad omnia tria) obseruat, cholem fulcro suo carere, sed insuper, (qua summa est ac prope stupenda Iudeorum in libello isto diligentia ac circa puritatem verbi divini conservandam zelus ardentissimus) ostendit, quoties in totâ lege alijsq; divini foederis tabulis vox עַלְמָה defectivè, h.e. sine suffragio Vav תָּג cholem reperiatur. Quamvis autem ad **sedecim** saltum loca suum חֶסֶד de prædictâ sc. voce addiderint Masorethæ, in Masorâ sc. parva, nimirum Gen. 3, 22. Exod. 3, 15. Cap. 15, 18. c. 21, 6. (ubi insuper in Masora parva, hæc adduntur כָּל אֲוֹרֵי חֶסֶד בְּמַבְטָח) hoc notarunt Masorethæ nota margin. **בְּתָחַנְתָּא** Deut. 23, 6. quemadmodum hoc ipsum ostendit nota Masor. ibidem, **בְּחֶסֶד**, defectivè h. est sine fulcro וְעַלְמָה cholem inveniatur) Exod. 31, 17. C. 32, 13. (hoc quidem in loco Buxr. in Conc. minus recte cum fulcro exhibet) Lev. 25, 46. Deut. 5, 29. c. 32, 40. 1. Reg. 1, 3 1. C. 2, 3 3. c. 9, 5. c. 10, 9. Job. 7, 16. Psal. 75, 10. 92, 9. patet tamen ex illâ ipsâ notâ, octodecim debere esse loca. Inde restat quoque Buxr. numerum complet, addendo Gen. 6, 3. ac Ps. 45, 18. quibus in locis itidem defectivè invenimus in Codd. Ebraicis, præterquam in Bibl. **Aria M.** qua ultimo loco cum exhibent. Putamus tamen Buxtorff aliorumq; lectionem hic præferandam **Ariam**. Sic עַלְמָה Ecl. 3, 11. & עַלְמָה Ecl. 12, 6. semel saltum (Masorâ id suo ter, sc. Psal. 145, 3. Eccles. 1, 10. & Dan. 9, 24. prout nos docent hoc notâ sua עַלְמָה) i.e. ter deficiens in hac (plur. numeri) formâ, quam ad duo priora loca ipsi addiderunt. Remanet igitur in reliquis locis ac formis tempore Masoretharum h.e. antiquissimo in Codd. Ebraicis, annon correctis? lectionem fuisse cholem cum. An autem ubiq; etiam æternitatem notat? nolumus jam adducere locum, Ef. 54, 17. ubi שׁוֹמְנִים בְּשָׁמֶן exponit **הַשְׁׁלִילִים** שׁוֹמְנִים הַבָּא (quid per hoc **הַבָּא** intelligent Judæi, eruditæ)

eruditè ostendunt Philologi, in illorum scriptis non peregrini,  
Buxr. Lex. Rabb. voce עַלְמָתֶךָ & Hackf. ad Lipmanni Nizachon  
c. 2. p. 354.) quibus idem Kimchi subjungit שְׁלֹמִים (Psal. 61, 5. quod de  
(Es. 26, 4.) nec urgebimus etiam שְׁלֹמִים intelligit idem Kimchi. Placet verò sententiae illi,  
quod מְנִימָה intelligit idem Kimchi. Placet verò sententiae illi,  
quod cùm sustent. **אָמֵן** denotet, opponere Gen.  
17, 8. ubi Deus promisit, se Israelitū daturum terram Canaan.  
וְכֵן צוֹר שְׁלֹמִים לְאַחֲרֵי שְׁלֹמִים ubi ad tempus saltim Messiae adventus respe-  
ctum haberi, probat Dn. D. Glass. ex Gen. 49, 10. & experientia  
etiam comminationem divinam Deut. 28, 64. comprobavit.  
Addimus alia loca sc. 2. Sam. 12, 10. & 1. Par. 15, 2. ubi  
de tempore vita saltim exponit Kimchi. Annon verò &  
מְנֻעָם Jer. 5, 15. tempus finitum notat? annon etiam hoc ipsum  
c. 2, 20. rectè id. exponit per מְזֻמָּן רְבָב. Sane quod ap. Eund. Proph.  
c. 25, 9. שְׁלֹמִים futurum praenunciatur, statim v. seq. 11. ad septua-  
ginta restringitur annos, prout observat Glassius. Sed regerat  
aliquis ulterius Hieronymum non de **אָמֵן** aternitate loqui,  
sed de tempore admodum longo, vel nobis incognito, idq; suffi-  
cere ad distinctionem **temporis Jubilaei**, cui terminus definitus,  
**annus sc. quinquagesimus**. Sed, ut ut Hieronymi verba plerique  
Auctores aliter exponant, adhuc obstat Hieronymi sententiae  
Deut. 15, 17. ubi integrè reperitur, ac tamen de Jubilao saltim  
tempore sermonem esse, nemo non ex aliis Scripturæ locis  
colligit. Sane Kimchi etiam Exo. 21, 6. legit integrè  
ubi similiter de Jubilao saltim tempore sermonem esse, Dn. D.  
Glassius, qui itidem integrè exhibet, notat, imd etiam רְבָב, cit.  
Kimchi, ita exponit כָּל הַיְמִים עַד הַוּבֵל: Sed cùm ex.  
presè ad h. l. Masoretha addiderint כָּל אָוֹרֵי הַס בְּלֵיכָם,  
alludentes eo ad loca, Exod. 19, 9. & Deut. 23, 6. ut suprà vidiu-  
mus, nolumus, nec possimus etiam locum istum Hieronymo  
opponere. Addimus autem ἐν περιορθῇ 1. Sam. 1, 22. ubi  
שְׁלֹמִים de certo ac finito saltim tempore sumendum esse, in  
propatulo est, atq; ita etiam דָּרְקָה ad illum locum accipit, dum  
dicit: כָּל יְמֵי חַיּוֹנוּ לוּ כָּל יְמֵי חַיּוֹנוּ qui insuper subjungit de  
Levitaram seculo h. l. accipi שְׁלֹמִים וְעַמְקָם כָּל יְמֵי חַיּוֹנוּ מִשְׁכָּא לְבִתְּךָ יְהוָה  
לְבִתְּךָ יְהוָה

מָתוֹת חַמְשִׁים שְׁהָרָה ac clarissimè etiam de quinquagesimo anno  
 (quod etiam Magnus B. Chemnitius facit), explicat  
 על טם של ל'ום חמשים בז'וּן (quando ad h. l. commentatur; nec abludit גְּבֵרָה  
 שנה טג'יר ח' כה) ומן חמשים שנה ושב מצ א  
 עולם שהוא זל שכבר שם חמשים  
 שנה בע' ל'ום של זבל והוא אמרו שבל ימי  
 &c. Stat igitur nostra adsertio, quod non solum עַלְמָה defectivè sive  
 sine, veram & absolutam interdum notet æternitatem, vetum,  
 etiam, quod מָעוֹלָם ר' לע'ום ש'ר'ם de finito tempore adhi-  
 beantur: contrà ac sensu Hieronymus, Pater aliás ut sanctissimus,  
 ita quoad has litteras omnibus Patribus (excepto forsan Orig-  
 ine) präferendus; quem tamen dormitasse etiam in his nonnun-  
 quam, deceptum à Judæis, Patrum scita sine delectu sequutis,  
 affirmare etiam non dubitat CL. Hatch. disp. de nomine  
 יְהָוָה r. th. 6. Sed instas: unde igitur cognosci potest, quando prædicta  
 vox עַלְמָה itemq; מָעוֹלָם & לְעוֹלָם æternitatem notet, &  
 & quando non? Respondemus, ex Hieronymi datâ regulâ ha-  
 beri id non posse, quam n. non firmum è vocis hujus scriptione,  
 diversâ petatur argumentum, ex dictis liquet; ex integrâ igitur  
 phrasî ac contextu, quo sensu adhibetur, cognosci posse pu-  
 tamus. Ita phrasis illa מָקוֹר עַלְמָה Mich. V. 2. quia  
 nusquam in S. Codice duntaxat tempus longinquum post mun-  
 dum creatum indicat, sed potius absolutam æternitatem ante  
 mundi creationem, ut tradit B. Gerhardus Coll. Isagog. Luc. IV.  
 c. 2. §. 16. inde rectè ex illâ à nostris Theologis contra Photin.  
 concluditur vera Messia secundum divinam naturam æternitas,  
 & sic etiam divinitas. Sed cum hæc talia ad superiorem per-  
 tineant cathedram, quapropter meritò etiam eò remittimus,  
 quemadmodum etiam illa omnia, si quæ forsan hactenus allata,  
 ad istam spectantia.

## POSITIO II.

Rejicitur etymologia nominis Eve è Lingua Chaldaicâ,  
 adduciturq; vera è Lingua Ebrea & con-  
 firmatur.

Magni quidem facimus Lingvam Chaldaam, quippe  
 quam

quam DEUS ipse tanti fecit ut in Lege, Prophetis ac Hagiographis  
illius indicia haut obscura conspici voluerit: non tamen arride-  
re nobis potest studium eorum, qui illorum etiam nominum  
origines ex Chaldaica accessunt Lingua, ubi tamen melius; certe,  
sequitur bene in Ebreo horto radix hujus surculi investigari pos-  
t est. Referenda huc etymologia nominis **Eva**, quod  
טֵוָה (de quo scripto non falsu<sup>b</sup> בברא<sup>a</sup> tulit judicium Cl.  
Schick.) i.e. locutus fuit, derivat, ita n. ad Gen. 3. commetatur  
וְקַרְאָה אֶת שְׁמָה חַוָּה עַל שֵׁם שְׁמֹחָר (דב) זָרוֹ שָׁמָרוּ  
י (עשרה numerus expressus קבנ שיחת יורה)  
לִשְׁוָרָת הַשְׁעָה נְתָלוּ נְשִׁים;  
i.e. Et vocavit nomen eius Chava, quia (multum videlicet) loquitor. Et hoc est, quod dicunt  
(sc. Magistri nostri in Talmud<sup>c</sup> נְשִׁים ט קדוֹשָׁן כ. 49.) de-  
cem cabi (mensura frumentaria genus) garrulitatis descendentes  
in mundum, novem acceperunt (fustulerunt) mulieres. Sed obstat  
ipsa Scriptura S., quae aliam nominis hujus nobis etymologiam  
expressis ostendit verbis C. 3, v. 20. quod sicut Adam uxoris  
suam vocaveris, quoniam ipsa mater es. Et **כָּל** omnis viven-  
tio. Lutherus ad genus humanum applicare videtur, reddit  
enim: Darumb das sie eine Mutter ist aller Lebendigen, clarissi-  
mè vero Onkelos נְשָׁרָת דְּכָרְבָּנִי אֲנָשָׁן omnium filiorum binimum.  
Eodem sensu R. A. Ezr. מִצְרָיִם מִצְרָיִם קָרְבָּנִי ad h.l.  
Et hanc limitationem in Arabe etiam cernere est, qui ita habet:  
וְשַׁׁחַד אֲדָם אֶשְׁמָה וְגַתָּה חַוָּה לֹא בָּנָת אֲדָם  
**كَل** دَيْ رَاطَنْ وَ**كَل** دَيْ رَاطَنْ  
vocavit Adam nomen uxoris sua  
**Eva**, quia ipsa mater fuit omnis VIVENTIS LOQUENTIS seu  
RATIONALIS. Res plexerunt etiam forsitan hue LXXII. Cur  
autem in **קָרְבָּנִי** sit permutatum? (Radix enim est חַוָּה i.e. vixit, in-  
Piel, in vita conservavit, vid. Psal. 21, 30.) hanc reddunt nonnulli  
causam, ne cum quod bestiam notat, nomen **Eva** confun-  
datur. Voluit hoc ipsum sapiens quando ad hunc locum  
ita commentatur: לא קרא בְּיַד צְיַד מֵה הַפְּרָשָׁה יְשִׁיבָן  
דָּרוּ וְיוֹרֵל premitis idem paulo ante שְׁמָה וּבָנִים  
סְתַחְלָטִים.

POS

### POSITIO III.

Syrus multas N. T. ellipticas locutiones  
supplevit.

Multas dari in S. Codice Novi Instrumenti phrases ellipticas, nemo facilè, puto, iverit incicias. Plurimas studiosè colligit ac feliciter exposuit Philologia Sacrae destinæ ac seculi hujus ornementum Dn. D. Glassius in Gram. Sacra passim. Non parùm nos capimus delectationis, quando multas eodem, quo laudatus Philologus & Theologus clarissimus supplevit modo, etiam ab Interpretibus antiquis Syro & Arabe videmus suppletas. Unde colligere in proposito est, quād egregiè sibi constet veritas. Nos missò impræsentiarum Arabe, pauca adducemus exempla, quæ in paraphrasi Syrâ obvia. Constat ex Apostolorum historia, Ephesios Dianam summa devotione coluisse, quâ de causâ cùm scriba quidam excitatam turbam flexanmis verbis compescere vellet, in hac erupit verba: *Quis nescit Ephesiorum urbem adituam esse magna Deæ Diana καὶ Διοπεπτέρα;* Quæ postrema verba sine ellipsis accepit Vulgatus, reddit enim: *Jovisq; prolis.* Ast rectius doctiores Interpretæ ellipticam hic agnoscunt locutionem, ac subintelligunt ἀγάλματος vocem. Egregiè sanè horum sententiam adprobant vetustissimi Interpretæ Syrus & Arabs. Nos hoc loco, quād eleganter ac perspicue Syrus reddiderit, videbimus: ita autem habet: *Διο πεπτέρα τοῦ οὐρανοῦ?*

& simulacri ejus ( sc. Diana) quod de celo descendit. Persuadabant enim Dianaë Sacerdotes credulo populo, Idolum illud è celo fuisse delapsum. Quis nescit Matth. 1, 6. ἐλλειψην dictum εκ τῆς ἡγεμονίας, ac subintelligendum γυναικός itemq; γερονήας quomodo per posterius supplevit Arabs, per prius Syrus. Sic idem nominis: *π* additione complevit ellipticas locutiones Matth. 4, 21. Marc. 2, 14. Luc. 3, 24. & sequentibus Johann. 13, 2. c. 21, 2. & 15. Act. 7, 16. Nec tamen dissimilare possumus, eundem Interpretem haut raro ellipticam locutionem fuisse sequtum, uti Marc. 15, 47. c. 16, 1. Joh. 19, 25. ali

aliquando etiam aliter complevisse, ac factum à laudato Dn.  
D. Glaffo, aliisq; Interpretibus. Sic Luc. 6, 16. post 1800  
Taxōlēs, in. D. Glassius, Beza, Conzenius, Estius, Fr. Lucas, Bar-  
rbadas, &c. subintelligunt nomen Frātrū, at Syrus una cum  
Ambe supplet per additionem nominis Filii. Idem ab iisdem  
factum, Act. 1, 13. Sed cū pagellæ ratio plura addere pro-  
hibeat, his sumus contenti.

#### POSITIO IV.

*Ellipticas locutiones Arabs in N. T. supplevit interdum,  
et quomodo?*

Quod de Syro N. T. Interpretate Pos. præcedente dictum,  
quod non raro ellipticas in Novi fœderis tabulis occurrentes  
locutiones suppleat, idipsum de *Arabe* thesi hac adserere pla-  
ceret. Exempla quis desiderat? evolvat Matth. 4, 21. Marc. 2,  
14. Luc. 3, 24; & seqq. Joh. 21, 15, &c. ubi ellipticas locutio-  
nes per insertam dictionem (ελλειπτικῶς) complevit. Quemadmo-  
dum verò Syrus non raro ellipsis securus est, ita quoq; idem  
ab *Arabs* factum esse perspicimus. Ne tamen aliquis inde  
colligat, quasi *Arabs* semper Syrum fuerit secutus. (quemad-  
modum sunt, qui Arabicam N. T. versionem è Syra adorna-  
tam esse putant, cum quibus jam nil disputabimus,) en lo-  
cum Marc. 15, 47. &c. 16, 1. ubi Syrus ἐλλειπτικῶς etiam lo-  
quitur, ast *Arabs* ob additionem nominis. *Nihil* tale hic si-  
bi tribui concedit. *E contra Syrus*, Joh. 6, 71. c. 13, 2. & 26.  
collit ellipsis, quando inseri: , quam tamen Ambs prorsus  
imitatur. Diximus etiam, quod Syrus interdum aliter com-  
plete ellipsis, quam factum à Dn. D. Glaffo aliisq; Interpret. I-  
dem de Ambe adserere nos jubet Joh. 19, 25. ubi ἐλλειπτικῶς  
dici *Mαργαρίτη* η 78 κλωπᾶ, ac subintelligendum esse γυνὴ, sua-  
denter Dn. D. Glassius, Estius, Barradas, Pafor, itemque Beza:  
quamvis hic tam per uxoris quam filie nomen ellipsis hanc ex-  
pleri posse existimet, quod etiam *Camerarius* facit, hac tamen  
distinctione, ut ille magis ad prius inclinet. Nec obstat illius  
sententia, quod *Dieu* contra eam adferre videtur, *Arabs* ta-  
men

men per additionem dictionis 2. i.e. *silia* compleat. Quod  
complendi modus etiā jamdudum D. Hieronymo non displicuit.  
Sic ubi Luc. 6, 16. ellipticum sermonem τέλεας Γανωβες  
*Glossius* ac *Beza* compleant, subintelligendo ἀδελφὸν, *Arabs* ju-  
sta cum *Syro* amplectuntur nomen filii. Idem quoq; factum  
videmus Actor. 1, 13. ubi similiter *Glossius* & *Beza* fratris  
nomen volunt subintelligendum ex *Jude* v. 1. quo in loco  
dum *Pesor* in voce *Juda* asserit, *Judam* vocari *filium Jacobi*, quis  
non videt manifestum memoria lapsum? *Lac.* 3, 23. ellipsis  
τωσθ φ τε ηλι Dn. D. *Glossius* supplet, subintelligendo γαυ-  
βου i. e. generi, cūm genealogia Mariae contextatur, non *Josephi*.  
Alt. *Syrus*, cūm quo & *Arabs* hīc facit, filii nomine compleat.  
Quod etiam B. *Lutherus* in versl. Germ. fecit. Nec tamē  
existimandum, quā generi voce h. l. non possit etiam supple-  
ti, quod *Beza* putabat, maximē quando Latinē aut Germani-  
cē exprimere & completere volumus. Et licet *Syrus*, itemq; *Arabs*  
filii vocem adhibuerint, exinde tamen colligi non potest,  
quod filii vocem strictè acceptam voluerint, cūm Orientales  
filii voce etiam pro nepotibus & generis utantur, quemadmo-  
dum *Patri* pro *Avo* & majoribus, de quā re, quod ad Ebr. vi-  
deri possunt Dn. D. *Glossius* Rhetor. S p. 447. B. *Gerhard.*  
*Comm.* in Gen. p. 682. 480. 558 299. *Spanb.* dub. *Evang.* Part.  
1. p. 19. & 20. Ut non opus sit cūm nonnullis ē. Pp. Græcis  
statuere, quā *Josephus* duos *Patres* habuerit, alterum verum ac  
naturalē, nim. *Jacobum*, & ad hunc respicuisse *Mattheum*, alterum  
autem *vouaro* sc. *Eli*, de quo *Luc.* c. 1. cuius post obitum uxorem  
relictam *Jacobus* illius ὁμοιήτης duxerit, & *Josephum* genuerit.

#### POSITIO V.

*Ethiopica* *Lingua* utilitatem, facilitatemq;  
commendat.

*Linguam* hanc elegantissimam qui vilipendunt, vel a-  
versantur, quod difficilis forsitan sit, nec quicquam omnino u-  
tilitatis illius cultori ceulaboris premium reddat, nē ille mi-  
nus & quis rerum estimator nobis videtur arq; censor. Ac  
facilias quidem *lingua* hujus tanta est, ut Ipsilonionem face-

re non vereamur, si quis Ebraicā Linguā imbutus, circiter mens  
spacium illi impenderit, eo usq; sit progressus, ut proprio Marte, adhibito tamen Lexico (quale dedit nobis Jacobus Wemmers unā cum Institutionibus Grammaticis ejusdem.  
Linguā, Romæ 1638, ) Æthiopica scripta interpretari utcunq; ac intelligere possit. Necq; enim talem in omnibus Linguis Orientalibus quispiam requiriēt notitiam, ut sine Lexici subsūdio intelligere vel loqui, omnis qui illarum teneatur amore, illas debeat. Sufficit n. nobis, quibus ipsa Orientis Regna adire denegatum, si antiquas, quæ in linguis his extant, S. Scripturæ versiones evolvere, & quomodo Orientales Ecclesiæ hunc vel illum Scripturæ divinæ locum intellexerint, inde perspicere possumus. Nec versionibus Laciis semper hic fidendum, quippe quas non raro Papales ad suum adornarunt genium. Nolumus jam memorare, quod Vetus Testamentū, si Helvico fides habenda, in Ægyptiacam, Indiacam, Armeniacam, Persicam, Arabicam, Æthiopicā &c. antiquitus sit trāsfusum Linguam, quæ tñ. versiones temporū injuriā ferè perire, ut nihil nobis de illis propè restet, nisi desiderium, & quod aliquando exiterint, notitia. Urigere tamen aliquis non incommodè forsan posset, quod etiamnum præter Arabicam & Syriacam Psalterii ac Novi fœderis paraphrasin, extet quoque Æthiopica. Et Psalterii quidem Interpretatio Coloniae edita superiori seculo per Johannem Pocken. Novi autem Testamenti versio edita Romæ 1548. curâ Petri Æthiopis Monachi. De quarum versionum licet antiquitate nihil jam certi adfirmare audeamus, ex antiquo tamen Codice MS. illas desumptas esse, haut improbabiliter statui potest. Nec præterire debemus, quod nonnulli tradunt, Christianam religionem inter primos suscepisse Æthiopes, transferente illam in amplissimum illud regnum Euncho quodam, Thesaurario Candace Æthiopum Reginę, qui à Philippo Apostolo baptizatus & in fide de Christo informatus, prout Act. XIIX, prolixè legere est. Confirmasse postea in receptâ fide Christianâ Æthiopes ac latius Religionem propagasse Mattheum Apostolum & Evangelistam, nonnulli tradunt. Latissimè in Asia cum Æthio-

Æthiopico Regno Religionem Christianam sese extendisse, putat Cl. Crinesius Disc. de Conf. Lingg. c. 8. indicio esse cruces Æthiopicas, quæ in Giapan, Sinan & alibi visuntur. Thomæ etiam templum in Regione Mabar situm, si nisi Æthiopicum habere, cruces, strucutam multaq; alia, imo ipsum nomen, quod non indicum nec Persicum, sed Æthiopicum, nim. Chawariah. c. apostolus, tradit prædictus Crinesius. Adhibent sanè Æthiopes vocem ሊዕሮስ የፌትሬ, quam Scaliger etiam per Ap:stolum exponit, in de Emend. Temp. p. 338. Sequuntur Scaligerum alii, & iater hos quoq; Crinesius: sed quod pacetantorum vitorum dicamus, potius videatur liberum, ex nobili familia ortum notare. Est n. à Nomine nudo ሊዕሮስ nobilis liber ac vagus familia, quæ longè latèq; sese extendit & quasi vagatur, sic Ps. 22, 30. በለዕሮስናነዕስ in familiis vestris, እኔ ጥና ዘግታ ውጤና. Radix est ሊዕሮስ contracte ሊሸ፣ abii, liber vagans est, & hinc est allegatum nomen ሊዕሮስ & ab hoc ሊዕሮስ፣ à quo descendit nomen patronymicum ሊዕሮስያ፣ ortus ex vagā seu nobili familia. Talis certè est Æthiopum Rex, qui communī nomine ኃገዕስ ሊዕሮስያ salutatur; Est enim Monarcha & à Davide usq; (peritus enim sibi habent Æthiopes, Æthiopiae Reginam, quæ de Sacra Historia cōmemorant, quod anigmatibus Salomonem rentare, ex Saba ad illum fuerit profecta, ex Salomone concepisse filium nomine Menimelch, prout Reatinus tradidit Recens. Reg. Æth.:) familiam suam recenset. Sed de hac re alibi. Addamus saltim hoc, ex prædictis colligi quodammodo posse. Æthiopes cùm tam promt Christianam religionem suscepint, verbi divini eate. aus quoq; habuisse curam, ut in suam transfude, cint libros sacros Lingvam.

SOLI DEO GLORIA.

D1 A 6640



5b.

V.D.17

2



# ΠΕΝΤΑΣ POSITIONUM

*ex*

Lingva Ebræâ, Chaldæâ, Syrâ,  
Arabicâ & Æthiopica,

*qvas,*

Divinâ Gratiâ favente,

*In Celeberrimâ Academiâ Leucorchâ*  
*publicè ventilandas proponunt*

M. JOHAN: ERNESTUS GERHARDUS  
JENENSIS,

PETRUS VENDÆ/

*Stetin: Pomeranus.*

*ad d. XVII. Februarij*

*In Auditorio Philosophorum*  
*horis antemerid.*

*WITTER ERGÆ,*

*Typis JOHANNIS RÖHNKEI, Acad. Typogr.*  
*clœ 130 XLVII.*